

egrem incaute aperienti, cui primum insidiatur rancet, et calculum injicit ne claudatur, deinde ejus viscera depascitur, tum concludit: « Qui (Re-

ligiosus) nimirum vivit, dum sub silentio censura concluditur: perit autem, cum ad loquendum immoderatus aperitur. »

## CAPUT VIGESIMUM SEXTUM.

### SYNOPSIS CAPITIS.

*Stulto non convenit gloria, sed virga: responde stulto quandoque stulto, quandoque sapienter: stulto non congruit legatio nec parabola, sed silentium; iterans stultitiam est quasi canis ad vomitum; sicut ostium vertitur in cardine, sic piger in lectulo: miscens se rixae est quasi auribus tenens canem: dolose nocens amico dicit: Ludens feci: subtrahit susurrone juras: mutescunt: sicut ligna ignem, sic iracu, plus suscitatur rixas: cave susurrone, superbum, inimicum, esto solum: qui operit odium, revelabitur: qui fodit foveam, incidet in eam: os lubricum operatur ruinam.*

*Summam horum omnium ad tria capita redigas: nam primo, a vers. 1 ad 13, agit de stulto et stultitia; secundo, a vers. 13 ad 18, agit de pigro et pigritia; tertio, a vers. 18 ad finem, agit de dolo et doloso.*

1. Quomodo nix in aestate, et pluvia in messe: sic indecens est stulto gloria. 2. Sicut avis ad alia transvolans, et passer quo libet vadens: sic maledictum frustra prolatum in quempiam superveniet. 3. Flagellum equo, et camus asino, et virga in dorso imprudentium. 4. Ne respondeas stulto juxta stultitiam suam, ne efficiaris ei similis. 5. Responde stulto juxta stultitiam suam, ne sibi sapiens esse videatur. 6. Claudus pedibus, et iniquitatem bibens, qui mittit verba per nuntium stultum. 7. Quomodo pulchras frustra habet claudus tibias: sic indecens est in ore stultorum parabola. 8. Sicut qui mittit lapidem in acervum Mercurii: itaque tribuit insipienti honorem. 9. Quomodo si spina nascatur in manu temulenti: sic parabola in ore stultorum. 10. Judicium determinat causas: et qui imponit stulto silentium, iras mitigat. 11. Sicut canis, qui revertitur ad vomitum suum, sic imprudens, qui iterat stultitiam suam. 12. Vidisti hominem sapientem sibi videri? magis illo spem habebit insipiens. 13. Dicit piger: Leo est in via, et leaena in itineribus. 14. Sicut ostium vertitur in cardine suo, ita piger in lectulo suo. 15. Abscondit piger manum sub ascella sua, et laborat si ad os suum eam converterit. 16. Sapienter sibi piger videtur septem viris loquentibus sententias. 17. Sicut qui apprehendit auribus canem, sic qui transit impatiens, et commiscetur rixae alterius. 18. Sicut noxius est, qui mittit sagittas et lanceas in mortem: 19. ita vir qui fraudulenter nocet amico suo; et cum fuerit deprehensus, dicit: Ludens feci. 20. Cum defecerint ligna, exstinguetur ignis: et susurrone subtrahit, jurgia conquiescent. 21. Sicut carbones ad prunas, et ligna ad ignem, sic homo iracundus suscitatur rixas. 22. Verba susurrone quasi simplicia, et ipsa perveniunt ad intima ventris. 23. Quomodo si argento sordido ornare velis vas fictile, sic labia tumentia cum pessimo corde sociata. 24. Labiis suis intelligitur inimicus, cum in corde tractaverit dolos. 25. Quando submisserit vocem suam, ne crederis ei: quoniam spem nequitiam suam in corde illius. 26. Qui operit odium fraudulenter, revelabitur malitia ejus in concilio. 27. Qui fodit foveam, incidet in eam: et qui volvit lapidem, revertetur ad eum. 28. Lingua fallax non sinit veritatem: et os lubricum operatur ruinas.

1. QUOMODO NIX IN AESTATE, ET PLUVIA IN MESSE: SIC INDECENS (alii legunt, indecora) EST STULTO GLORIA. — Symmachus et Theodotion, non decet insipientem honor; Cajetanus, non est pulcher insipienti honor; Vatablus, sicut intempestiva est in aestate nix, et in messe pluvia, sic intempestivus est honor qui

stulto impenditur; Septuaginta, quomodo ros in messe, et quomodo pluvia in aestate, sic non est insipienti honor non est, id est non convenit, non congruit, uti explicat Auctor Latinae Graec.; Arabeus, sicut ros qui est in messe, et sicut pluvia in aestate, sic non est stulto honor.

Primo, aliqui sic exponunt, q. d. Sicut nix subinde cadens in aestate, et pluvia decedens in messe, non durat, nec satiat terram aridam et sitientem, sed ab ea et ab aestu illico sorbetur et evanescit: sic pariter gloria collata stulto non durat, multo minus ejus animam gloriae sitientissimam satiat, sed illico transit et deperit, eumque vilem et inglorium derelinquit. Utrumque verum est, sed huic loco impertinens. Alii enim sic: « Indecens est stulto gloria, » quod longe differt a « stulti gloria non durat, stultum gloria non satiat: multa enim sunt indecentia, et tamen non durant, nec saliant stultos. »

Secundo ergo, genuine, q. d. Sicut nix in aestate et pluvia in messe indecora est, quia importuna: aestatem enim decet calor, et messem siccitas; hiemem vero decet nix et pluvia: haec enim eorum sunt tempora opportuna et naturae congrua: sic pariter stultum, id est veccordem, imprudentem, vitiosum, improbum, non decet, id est dedecet, gloria, tum quia ille gloriae est incapax, tum quia illi debetur probrum et vituperium, tum quia laudando vitiosos laudantur vitia, itaque resinguitur in sapientibus studium sapientiae et virtutis, dum vident in conferendis dignitatibus sibi anteponi improbos, imo probi incipiunt improborum hypericrisim fraudes et artes imitari, ut per eas magistratus et dignitates ipsorum assequantur. Unde Aeschines apud Stobaeum, serm. De Republica: « Hoc, ait, reputate, quod si munera et honores panis, eisque condicentis et secundum leges, contuleritis, multos vos habituros esse pro virtute certantes; si autem cuilibet cupientis, et his qui nihil egregium fecerint aut sapuerint, gratificemini, frugi etiam ingenia corrupturos. » Notanda sane principibus haec sententia.

Bursum indecens est stulto gloria, non tantum quia incongrua et indecora, sed etiam quia noxia; improbus enim nocet sibi, dum gloria sua abutitur ad fastum; nocet aliis, dum alios premit, opprimit; et nocet republicae dum eam exultat, et in eam suam improbitatem et vitia transcribit. Igitur, sicut frigida nix vel pruina, quae subinde cadit sub initium aestus et aestatis, suo frigore primos flores et fructus protuberantes enecat, et sicut pluvia in messe segetes jam maturas sternit, humectat, putrefacit, corrumpit: sic et honores collati stulto, in juvenibus primos virtutis ardores hebetant et enecat, dum vident stultitiam et improbitatem honorari; in viris vero maturos jam virtutum fructus corrumpunt, dum sibi vivere volunt, nec rempublicam capessere, ut pole quam viderint a stultis regi: aut certe si ad ejus regimen aspirant, stultorum viam ineunt et cum stultis stultescunt, et cum impiis impie agunt.

Salomonem et Hebraeos secuti Graeci, indignis honorem exhiberi hoc trito vetant dicitur: « Asini caput ne lavas nitro. » Et Publius Syrus hoc mmo: « Loco est ignorantiae apud indignum gloria. » Est. Hieronymus ad Pammach. c. De Cie-

sare, inquit, egregie dixit Tullius: Cum quosdam ait, ornare voluit, non illos honestavit, sed ornamenta ipsa turpavit. »

Vis exempla? accipe. Alfonso, Aragonum rex, cognomento Sapiens, amico suadenti ut tranquille et voluptuose viveret, nec tot se periculis objiceret, respondit: « Romani honoris templum virtutis templo junxere, in quod nisi per virtutis templum introire nemini licebat, ut significarent ad honoris fastigium non voluptatum via, sed virtutis, illa quidem aspera et salebrosa emittendum esse. » Ita Panormitanus, lib. I De Gestis Alfonsi. Antisthenes rogatus, a quo res urbi exitium portenderet, respondit: « Cum nullum est bonorum et malorum discrimen, » cum scilicet nec boni honore, nec mali vituperio afficiantur. Longe enim pejus et indignum adhibere gubernaculis republicae, quam si asinum pro equo adhibeas aratro. Ita Laertius, lib. VI, cap. I.

Cato Senior aiebat « populum Romanum non tantum purpure, verum etiam virtuti plurimum conducere: quemadmodum enim tinctorum eum potissimum colorem inducent, quo vident homines maxime delectari, ita juvenis ad ea studia potissimum ineumbit, quibus populus defert honores: honos enim non solum alit artes, verum etiam virtutem. » Hoc pacto monebat populum, ut magistratus his decem committerit, qui de se virtutis specimen dedissent, illa fore ut quam plurimi esse ad egregia studia conferrent. Item, qui virtutem honore suo fraudarent, eos dicebat ipsam virtutem a juventute auferre, sentiens praemiis animos juvenum ad virtutem accendi; quae si detrahas, ipsa virtus elanguescit. Ita Plutarchus in Roman. Apophthegm.

Idem censuram patens, cum ceteros competitores videret supplices populoque blandientes, ipse clamabat populo opus esse medico austero validisque remediis, proinde eligendum non qui juvenidissimus esset, sed qui inexorabilis. Atque haec dicens ante omnes censor creatus est. Agnovit populus morbum suum, coeque Cato plus valet objurando, quam ceteri blandiendo: ibidem.

Augustus Caesar Romanum admovent magistratum, ut rempublicam committerent iis qui usu et experientia rerum plurimum possent, nec eam sinerent perire ex cuiusquam voluntate. Nihil enim in republica perniciosius esse putavit, quam si magistratus rerum repperit dominium obtineat. Ita Xiphilinus Dionis abbreviator in Augusto.

Mystice Beda: « Hic versuculus, ait, ne inducis honor docendi committatur, praemonet. Nix namque aestate, et pluviae in messe, sunt persecutiones infidelium in tempora praedicationis Evangelicae, quae dum graviores forte insistant, et calorem in multis impediunt dilectionis, et fruges bonae operationis fendant. Jultus recte gloria quae stulto confertur, esse similis asseveratur: quia si inducto cathedra docendi tribuitur,

aeque similiter per hoc Ecclesia ut infidelium persecutione laeditur, quod esse verissimum Arianae tempestatis calamitas probavit. »

2. SICUT AVIS AD ALIA TRANSVOLANS, ET PASSER QUO LIBET VADENS : SIC MALEDICTUM FRUSTRA PROLATUM IN QUEMPAM SUPERVENIET. — Beda, Lyranus et alii preponunt *nam*, et pro *alia* legunt *alia*: verum *nam* delent, et pro *alia* legunt *alia* codices Romani, idque magis consentit Hebraeo, Chaldaeo, et Graeco. Hebraea ad verbum sic habent, *sicut avis ad vagandum, et passer (vel hirundo, ut vertunt Vatablus, Pagninus, Arias, R. Salomon, H. Levi et Aben-Ezra) ad volandum: sic maledictio gratis non veniet.*

In Hebraeo hic duplex lectio: alii enim legunt *et lo* per *aleph*, id est *non superveniet*; alii vero legunt *lo* per *vau*, id est *ei superveniet*, quare in speciem contrarie vertunt; utramque lectionem sic necit Aben-Ezra: *Lo*, ait, cum *aleph* scribitur, et sine *aleph* cum *vau* legitur, ut significetur imprecationem illam in eum devolutum iri a quo prolata fuerat, non autem in illum quem alter diris deoverat.

Negative legunt Biblia Regia, Chaldaea et Septuaginta, qui sic vertunt, *sicut aves volant et passer, sic maledictum vanum* (id est *vane et falso confectum*) *non superveniet ulli*; vel, ut Auctor *Catenae Graecae*, *sicut aves et passeris extra ullius offensionem volitant, ita stulta maledictio neminem cum offensione invadit*. Jam primo, Cajetanus sic vertit et explicat, *sicut avis vagari, et hirundinis volare est: sic maledictio (prolata) non veniet, q. d. Maledictum et calumnia in innocentem prolata sine causa, est sicut avis transvolans, quia nequaquam innocentem tangit, sed mera quaedam est velut volantibus verbi in aere verberatio.*

Secundo, Vatablus, ut *passer*, ait, *natus est ut fugiat, et hirundo nata est ut volat: sic maledictio immerito prolata non veniet, id est non laedit, quasi dicat: Ut passer viso arca vel homine fugit, ut non laedatur: sic non laedit maledictio, quae immerito mittitur in aliquem (1).*

Tertio, noster Salazar sic: Sicut hirundines et aliae aves, quae regiones mutant, hiems ingruens nunquam opprimit: ita etiam viros insolentes et innocuos seu maledicta, seu probra, seu convicia, seu contumelias nunquam afficiunt. Sicut enim aves ille ad aprica praevolantes ab injuriis temporum sese vindicant: ita etiam isti ad innocentiam et probitatem (licet sic dicere) confugiunt, illatas sibi contumelias, injurias et probra facile declinant.

Dices: Hirundo in hieme mutat regionem, at non passer qui suo loco remanet. Respondetur:

(1) Ita et Rosenmullerus: *Sicut passer (seu avis minor quavis) ad vagandum est, et hirundo ad volandum, sic imprecatio gratis, abs re in aliquem prolata, non veniet in eum, puta in quem profertur, sed cito ab eo abibit, passeris aut hirundinis instar. lo*, quod Masorethae legi jubent, sensum fundit nullum.

Passer generatim saepe sumitur pro qualibet ave per synecdochen. Rursum: Passer in hieme, etsi regionem non mutat, mutat tamen locum frigidum in calidum; degit enim in antris et foraminibus calidis, ubi se abscondit et calescat.

Quarta, Chaldaeus vertit, *sicut passer qui volat, et sicut volueris quae volat, sic maledictio non frustra veniet*. Nonnulli putant! alludi ad aves rixosas et pugnae, quales sunt passeris, accipitres, galli gallinaei, ac proinde illis hic recte comparari maledicta, rixas et jurgia, q. d. Sicut avis rixosa, v. g. passer transvolans ubique quiritatur, miscetque rixas et pugnas, quibus tam se quam alios affigit et laedit: sic pariter maledicta, convicia et jurgia, quae maledicti rixosique ubique serunt, tam alios quam ipsosmet maledicos affigunt; convicium enim convicio, verber verberere repercutitur. Arborese reperitur quarum suto, foliis, trunco, ramis aves enascuntur, rostro obvios quosque mordentes. Sic Vincentius in *Speculo naturalis histor.* lib. VIII, cap. XL, Olaus, lib. XIX, cap. XVI, Ortelius in *Scotia et Hibernia*, non igitur ut aliae factu et incubatione nascuntur, sed sponte ex arboribus nulla praexistente materia, quae aves aliorum judicio ferre possent, educit. Haud aliter reperitur aliqui ad instar harum arborum, qui nulla occasione de rebus nihil ad se pertinentibus quasi aves pariunt rixas et contentiones.

Porro Pierius, *hieroglyph.* 24, tradit avem ad pugnam dato et contendendum incitari alio in cibum dato, quod vile est, sed acre et mordax: ita re levi vilique, puta verbulo uno, sed acri et mordaci, concitantur rixosi ad rixas et jurgia. Unde illud: « Ne edas allia. » Affirmative vero vertit Noster: « Sicut avis ad alia transvolans, et passer quo libet vadens: sic maledictum frustra prolatum in quempiam superveniet, » hebraice, *superveniet ei*. Sic et Beda, Baynus, Jansenius et alii passim. Per maledictum accipe probrum, convicium et injuriam quamlibet; hoc enim significat « maledictum, » *Ecclesi.* xxii, 30, et cap. xxxix, vers. 9, et alibi saepe, ut ibi dixi. Beda accipit mali imprecationem.

Primo ergo Lyranus, Baynus et Jansenius sic explicant: « Superveniet ei, scilicet profertur maledictum, non vero ei contra quem profertur, q. d. Sicut avis, ut passer vel hirundo, e nido suo unde avolat: ita maledictio quae frustra in aliquem profertur, superveniet in illum, a quo progressa est, ita ut ea maledictio sit ei contra quem dicta est, velut avis in aere vagans; et vero a quo emissa est, veluti avis in nidum suum reversa, q. d. redundabit in caput ejus, et propter eam a se in alium prolata maledictioni ipsemet subjecit.

Hinc accedit Beda: « Verba, ait, recte avibus comparantur, quod sonando per aera transvolant, ab ore videlicet loquentis ad aures usque

audientis. Sed distant in eo, quia potest fieri ut aere quolibet volans eo loco reserbeat, ubi nil ei certis necessitatibus aut utilitatibus suppetat; verba autem quae loquimur, non quolibet dispersa in ventum defluunt atque evanescent, sed in auctorem suum cuncta revertuntur, et vel bene prolata juvant loquentem, vel male edita gravant. Neque enim maledicti regnum Dei possidebunt. » Subjungit deinde: « Non autem sine causa dicit, maledictum frustra prolatum. Est enim maledictum juxta divinae districtiois iram in impios amissum, ut est illud B. Petri in Simonem magum: Pecunia tua tecum sit in perditionem; et ea quae in apostatas et haereticos Ecclesiastica animadversione profertur anathemata, de quibus Dominus eidem Ecclesiae dicit: Quaecumque alligaveris super terram, erunt ligata et in caelis, » *Matth.* xvi.

Sic maledictio Elisaei in impios pueros se irridentes auctoritate prophetica fulminata, fuit efficacis, puerosque ursis devorandos objicit, *IV Reg.* ii, 24; talis ergo non se habet instar avis volantem, sed instar gladii secantis, imo instar fulguris siderantis.

Secundo, « maledictum superveniet sic, » scilicet « sicut avis transvolans, » ut scilicet eum in quem profertur non tangat, vel si tangat, non haereat, sed avolet et transvolet instar avis; sic ergo superveniet, ut transvolet et supervolet, itaque illico recedit pristinus famae splendor et gloria.

Hic sensus valde appositus est; tota enim vis consistit in *sicut* et *sic*; est enim similitudo, in qua maledictum volans comparatur avi huc illicque instabiliter volanti, et ab uno loco mox ad alium transvolanti; sic enim transvolat maledictum. Quare

Conscia meae recti famae mendacia ridet.

Educit enim tandem quasi lumen Dominus justitiam piorum, et iudicium eorum tanquam meridiem, ut est *Psal.* xxxvi, 6. Unde recte Titus Vespasianus filius audiens sibi quosdam maledixisse, dixit: « Ego, cum nihil faciam dignum propter quod contumelia afficiar, mendacia nihil curo. » Et S. Augustinus, *epistolae ad Secundinum*: « Senti de Augustino quiddam libet: sola coram Deo conscientia me non accuset. »

Tertio, maledictum temere prolatum, et generatim quasi in aere jactum in aliquem superveniet, id est aliquem feriet, alicujus animum sauciabit, qui proinde se eo lesum ostendit, et in maledicente maledicta, aut etiam verbera regeret, ut haec gnome Salomon moneat garrulos pronos ad irrisiones, scoomata et convicia, quae in quoslibet jaciunt, ut ab his abstineant, nec putent illa in aere jacti, sed sciant aliquos illis ferri et vulnerari, qui ultionem a maledicente expelent. Hinc sensus favet versio Syri: *Sicut passer, et animal alatum volant in aere: sic maledictio errat si vagatur, ut vage nunc illumve tangat et affligat instar fulminis vagi, quod huic illumve tangit, afflat et incinerat.*

Ex dictis patet quod sive affirmative legas, *superveniet*, sive negative, *non superveniet*, in idem redit, vel certe eodem coit sensus.

3. FLAGELLUM EQVO, ET CAMUS ASINO, ET VIRGA IN DORSO IMPRUDENTIUM. — Pro camus hebraice est *meteg*, id est frenum, retinaculum, habena et lorium, sive in os insertum, sive circum faciem et collum ligatum, quo animal cohibetur et regitur, ne feratur pro libidine. Talis habena in asino est lorium, vel funis capiti asini alligatus. *Camus* graeca est vox *καμω*, idem significans, sed variis modis et formis: *camus* enim vocatur fiscella e vimine, aut reticulum e funiculis plexum, quod equisones equis, mulis et asinis ad os circumponunt imposito in id hordeo, avena fenove, ita ut equi, muli, asini itinere non subsistant quaerendi pabuli gratia. Rursum, *camus* est capistrum, quo alligatur ora equorum et asinorum ne mordeant, vel ne germina carpani. Insuper *camus* est frenum, laqueus, funis, qui collo capitiue asini alligatur, ut a sessore recti possit. Denique Septuaginta, Chaldaea et Syrus, Hebraicum *meteg* vertunt, *stimulum*; sic enim habent, *flagellum equo et stimulus asino: sic virga genti inique; Lucifer, genti insipienti; Aquila, corpori dementis.*

Sensus ergo est, q. d. Sicut flagello et freno reguntur equi et asini, sic et imprudentes virga castigandi regendique sunt, ut recta virtutis via strenue incedant. Elegantiae tamen causa flagellum tribuit equo, eamum (id est frenum) asino, quia equi mirifice timent scuticam sive flagellum, adeo ut sola ejus intentione et comminatione excitentur ad cursum; asini vero, quia vagi sunt et stolidi, indigent freno, puta loro vel fune ad caeput alligato, ut a sessore dirigantur ad recta incedendum, necubi deflectant vel exorbitent a semita, quia pigri egent como ut trahantur ad pergendum. Iidem gramini et pabulo inhiant; freno ergo et capistro ab eo avocata sunt, ut omnia pabulatione suo itinere pergant. Similiter imprudens, quia vagus et stolidus equus ac piger est, virga castigantia impellendus est, ut impigre incedat in studio prudentiae et virtutis. Eadem cohibendus est a gula et deliciis quibus inhiat, ut ab iis avulsus strenue pergat in virtutis studio. Igitur *flagellum* notat incitationem ad bona, *camus* refrenationem a malis, quorum utrumque necessarium est imprudenti.

Adde asinos in Syria et Palestina longe nostris esse vivaciores et generosiores, ac assimilari equis et mulis, ideoque como et freno indigere. Quocirca legitimus filios Iudicum et principum Israel inquitant asinis. Vide *Abdon, Judic.* xii, 14: « Habuit, ait, quadraginta filios, et triginta ex eis nepotes ascendentibus super septuaginta pullos asinorum. » Et Christus Dominus, velut Messias rex Israelis inaugurandus in Jerusalem, eum cum *trispalho*

sus est in die Palmarum iniquitans asinae, *Math.* cap. xxi. Hoc facit illud Seneca: « Nobilis equus umbra virge regitur, ignavus nec calcariis concitatur. »

Aliter respondet alii, scilicet per metathesim transponi hic voces easque proinde sic suo ordini esse restitueas. Sicut canis, hoc est frenum equo, et flagellum compedit asino: sic et virga congrui dorso imprudentium. Equi enim petulantia coercenda est freno, asini vero tarditas incitanda flagello. Utroque eget insipiens, qui, ut equus, lascivit et currit ad vitia; ut asinus vero, tardus est ad virtutes: tarditatem ergo haec virga extimulare, lasciviam vero eadem cohibere oportet.

Aliter quoque noster Salazar, *q. d.* Corruptio et supplicia stulto inflicta, siquidem stultus equi ad instar preceps ac ferox sit, illum utique incitant, et ad vitia precipitem magis ac ferocem efficiunt: si autem asini in morem socordia et inertia torpeat, illum sane inertem magis ac socordem reddit animadversio.

Symbolice Buda: « Quid per equum, ait, nisi superbum? et quid per asinum nisi luxuriosum quolibet figurat? et ideo necesse est ut per divinum flagellum elatio humiliter superbum, ut per infirmitatem carnis velut par canum cohibeatur voluntas lubricorum; ut qui sponte converti nolunt, coneti flagellis convertantur a vitis, sicut ait Propheta: In campo et freno maxillas eorum constringe, qui non approximant ad te. »

Plura de hac virga dixi cap. xxiii, 13, et *Ecl. lxxviii*, 25, ad illa: « Cibaria, et virga, et onus asino: panis, et disciplina, et opus servo. »

4. NE RESPONDEAS STULTO JUXTA STULTITIAM SUAM, NE EFFICIARIS EI SIMILIS. — Hebraice, *ne ei adqueris*. Nam, ut ait Plato in *Dialog. de Amore*: « Sapiens toto capite supra insipientem attollitur. » Septuaginta, *noli respondere imprudenti ad imprudentiam ejus, ne similis ei fias*. Pro כְּהוֹלָלוֹ *keholalo*, id est *juxta stultitiam suam*, Cajetanus et alii legunt כְּהוֹלָלוֹ *beivento*, id est *in stultitia sua*; littera enim כ ו ל ו sunt vicinae et affines. Hoc facit proverbium Arabicum: « Esto cum paliero oliva, id est, esto cum stulto sapiens, et cum inano mensis comens. »

5. RESPONDE STULTO JUXTA STULTITIAM SUAM, NE SIBI SAPIENS ESSE VIDEATUR. — Hebraice, *ne forte sit sapiens in oculis suis*; Septuaginta, *sed responde stulto ad stultitiam ejus, ne videatur sapiens apud eos*; Chaldaeus, *sed loquere cum stulto in sapientia sua, ne existimet seipsum sapientem*; Syrus, *alloquere stultum juxta sapientiam tuam*, etc.; S. Cyprianus, lib. *De Singul. Cleric.*, *responde insipienti contra ipsius insipientiam*. Graecum enim πρὸς non tantum ad vel juxta, sed et contra significat.

Primo, generatim has duas gnomas sibi in specie contrarias sic concilies, et explices cum S. Hieronymo, lib. I in *Esch.*: « Utrumque, ait, pro temporum et personarum diversitate conor-

dat, dum et stultus contemnitur, quia non recipit sapientiam; et stulta superbia alia decuitur stultitia, juxta quod Apostolus dicit II *Cor. xii*: « Stultus sum insipiens, vos me cogitis. » Sensus ergo est, *q. d.* Est tempus quando non oportet stulto respondere juxta stultitiam suam, cum scilicet, si ei loquenti stulta, stulta respondeas, cum eo stultescere videberis, vel stultitia notam apud prudentes incurres. Est rursum tempus quando oportet stulto respondere juxta stultitiam suam, cum scilicet ille insolescit, et sibi videtur pra aliis capere; tunc enim retinenda est stulta haec ejus presumptio, ne sibi et audientibus noceat, idque faciendum respondendo ei *juxta stultitiam suam*, id est stultitiam ejus stultitia castigando. Sic haereticorum stultas questiones simili stulta responsione vel oppositione sternimus, aliisque ridendas exhibemus. Hoc facit illud Calanis:

Insipiens esto, cum temporis postulas, aut res;  
Stultitiam simulare loco, prudentia summa est.

Exempla mox subjungam. Ita S. Paulus, II *Cor. xii*, seipsum impense dilaudat, eo quod pseudoapostoli seipsos extollerent et Paulum d. primum, ut contra hos ergo cogitur seipsum laudare, ut suam contra eos auctoritatem laudare. « Ut nam, ait, sustineretis modicum quid insipientiae meae; » et cap. xii, 11: « Factus sum insipiens, ait, vos me cogitis. » Insipientis enim est se laudare; sed hanc insipientiam usurpavit Paulus sapienter, quia ea decessit insipientiam, id est laudes pseudoapostolorum. Sic Melania seniora prefecto Palestine spe pecunia increcerata, dixit: « Ego illius quidem sum filia; hujuis vero uxor, qui in terra fui genere clarus; nunc autem sum ancilla Christi. Vide ne meos in te concites. Oportet enim adversus stolidos tanquam canes et accipitres uti animi elatione, et in tempore eorum superbia in ipsos immittere. » Unde territus prefectus se excusavit, et ipsam adoravit. Ita Palladius in *Lousiaco*, cap. cxvii.

Ergo elatio stultorum elatione sapientum retinenda est, ut ab injuria compescantur metu mundi, qui Christum non timent. Mundani enim levibus et stultis rationibus moventur, non stolidis et sapientibus; stultus pueri concitantur umbris non rebus, poma non auro, virga non gladio. Illorum ergo stultitia simili stultitia decuitur, et velut clavus clavo pellitur, cum sapientiam non capiant, nec curent. Simili modo avaro persuadebis quod vales, v. g. frequentationem S. confessionis et communiois, cum per rationes aeternas, promittendo ei regnum caelorum, sed per rationes viles et temporales, promittendo ei opes terrenas; ac gulo, promittendo ei delicatam mensam; superbo, promittendo ei honores, etc. Talibus ergo vir prudens respondebit non juxta suam sapientiam, sed juxta illorum stultitiam. Breviter, responde stulto apud ad capacitatem suam cum edocendo: ne respondeas stulto, ejus

stultitiam imitando: sic et ille stultus esse desinet, et tu non fies.

Secundo, particulatim, *q. d.* Est tempus cum stultum stultescerent non oportet corripere, v. g. cum ira vel insanis exstuat; qui enim eum tunc corripit, imprudens et stultus censebitur, quia tempus correctionis opportunum non observat. Est rursum tempus quando eum corripere oportet, cum scilicet stultitia id est ira et passio ejus subsedit, atque correctionis est capax. Sicut enim medicamenta corpori, sic et correctionem animo non nisi congruo tempore adhibere oportet, alioquin morbum non sanabit, sed irascit. Antistropha Salomonis est gnomo Arabicum: « Tege merem tuam melle, et projice eam in cisternam luti, id est, concilia corda stultorum sermone dulci. »

Tertio, et omnino generatim, *q. d.* Ne stulte loquaris cum stulto, ne illi assimileris et adquearis, ut cum stulto stultescas: hanc enim rationem subdit Salomon, v. g. cum stultus stulta, insana, inhoesta, erronea, etc., effudit, tu cave ne similia effutias; cum ille te probris et maledictis appetit, cave ne similia in illum regeas: sic enim in vitio illi similem te efficias. « Responde tamen stulto juxta stultitiam suam, » id est, ejus vecordiam, iram, securitatem, convicia, errores, etc., sapienter corripere, et cum ratione redargue, ut stultitiam suam agnoscat, et agnitam corrigat, praesertim si periculum est ne eadem alios infectat. Unde notat Lyranus praepositionem *juxta* hic aliter et aliter accipi, nam in priori versu significat imitationem, in posteriori exigentiam, *q. d.* Noli imitari stulta stulti dicta, ne fias stultus, id est vecors et impius; « responde tamen stulto juxta stultitiam suam, » id est, rationibus probis et validis insipientiam ejus confuta pro exigentia stultitiae ejus, ut illa ipsi demonstraret, ipseque eam videat et emendet. Unde Cajetanus priori loco legens *beivento*, id est *in stultitia sua*; posteriori vero *keivento*, id est *juxta stultitiam suam*; sic verit, *ne respondeas stulto in stultitia sua, ne ei similis efficiaris; sed responde stulto secundum stultitiam suam, ne sapiens sibi videatur*. Et Valabius: « Si stulto, ait, stulta effutienti loquaris, ne tu illi malum pro malo rependas; redargue tamen stultum propter suam stultitiam, » hoc est, « ostende ei stultitiam suam. » Sic et R. Levi: *Ne respondeas stulto*. Quando stultus, ait, te rei cuspiam insinulavit ob dementia quam laborat, ne quidquam respondeas, cum te aures praebere dedecet ejus lymphatis sermonibus. *Ne efficiaris ei similis*, si ejus verba aestimes, ita ut ab illis te moveri barbarive patiaris, dementiae id rit tue. *Responde stulto*. Stulto responde, ut illum ab errore revoces, quo in sapientiae rebus laborat. *Ne sibi sapiens esse videatur*. Quando hujusmodi errore captus a vero alienam opinionem animo fovit, haud tibi silentio utendum est, cum opera

pretium sit, ut offendiacula a mortalium conspectu amoveas pro viribus.

Sic et Solomus, Buda, Jansenius, Bayanus, R. Salomon, Aben-Ezra et alii passim. Hoc facit illud Ciceronis contra Sallustium: « Mihi ratio habenda est non quid Sallustius merito debeat audire, sed ut ea dicam quae ego honeste effari possum. » Denique S. Cyprianus, epist. ad Demetrium, censet stulto non respondendum silentio, ut silentes contemnamus et inhibeamus ejus stultiloquia, sicut canis latratum exorant transeuntes et non oblatrando, sed silenter transeundo. Eidem vero respondendum non disputatione, sed acri reprehensione aut castigatione et verbere; stulti enim non nisi plagis emendantur. Sic enim scribit: « Oblatrant te, et adversus Deum, qui unum ac verum est, ore sacrilego et verbis impiis obstreptem frequenter, Demetriae, contempseram, melius existimans errantis imperitiam silentio spernere, quam loquendo demeritis insaniam provocare. Nec hoc sine magisterii divini et nominis auctoritate faciebam, cum scriptum sit: Noli respondere imprudenti ad imprudentiam ejus, ne similis fias illi. » Rationem subdit: « Nam cum ad me saepe studio magis contradicendi quam voto discendi venires, et clamosis vocibus personans mallet tu ingerere, quam nostra patienter audire; ineptum videbatur consedi tecum, quando factus esset, ac levius turbulenti maris concitos fluctus clamoribus retardare, quam tuam rabiem tractatibus coercere. Certe et labor irritus et nullus effectus, offerre lumen caeco, sermonem surdo, sapientiam bruto, cum non sentire brutus possit, nec caecus lumen admittere, nec surdus audire. »

Idem S. Cyprianus, tract. *De Singul. Cler.*, posteriori Salomonis gnomen sic ex Septuaginta legit, sique explicat: « Tales ergo (mirum stulti) non per orationem, sed per correctionem revivendi sunt. Nam adversus ejusmodi homines Salomon docet nos, dicens: Noli respondere insipienti ad ipsius insipientiam, ne similis fias illi; sed responde insipienti contra illius insipientiam, ut non videatur sibi sapiens esse. »

Ita Christus Judaeis stulle cum capere volentibus in sermone, et querentibus an liceret tributum dare Caesaris, ostensa sibi Caesaris in nummo imagine, sapienter juxta stultitiam eorum respondit: « Reddite ergo quae sunt Caesaris Caesaris, et quae sunt Dei Deo. » *Math.* xxii, 21. Idem fecit stoliditatem Phariseorum redarguens, *Math.* xxiii toto capite; et cum stultis Judaeis et Scribis disputans, *Joan.* cap. vi, 19, et cap. vi, 43, et vii, 27, et cap. viii, 12 et seq. Et S. Paulus Elymam magnum stulte sua perditioni resistentem juxta stultitiam suam coarguit, ecclesiatice percussit: « O plene omni dolo, ait, et omni fallacia, fili diaboli, inimice omnis justitiae, non desinis subvertere vultus Domini rectas. El nunc ecce manus Domini super te, et eris caecus, » *Act.* xiii, 10,

Quin et diabolus Judæos exorcistas stulte volentes se, instar Pauli, in nomine Jesu ab energumeno ejicere, prudenter eorum stultitiam confutavit: « Jesum novi, ait, et Paulum scio; vos autem qui estis? et insiliens in eos, etc. invulsi contra eos, ita ut nudi et vulnerati effugerent de domo illa, » Act. xix, 17. Idem hoc sæculo contigit Luthero dum vellet demonem expellere. Ita ludimagister Orthodoxæ Antiochiæ stulte rogatus a Libanio sophista, Juliani Apostate amico: « Quid facit fabri filius (ut per scomma vocabat Christum dominum)? » stultitie ejus sapienter respondit: « Juliano loculum fabricatur. » Et verus fuit vates: nam paulo post Julianus occisus in loculo ad sepulcrum elatus est. Ita Theodoretus, lib. III Hist. cap. xviii. Et Maris Episcopus Chalcedonis exprobrans Juliano apostasiam, cum ab eo stolido velut cæcus rideretur, audiretque: « Non te Gallienus tuus sanabit, » prudenter ei juxta stultitiam suam regessit: « Gratias ago Deo quod cæcus sim, ne te apo fatam oculis aspiciam. » Ita Sozomenus, lib. V, cap. iv. S. Basilus fatue reprehensus a Demosthene coco Valentis Imperatoris Ariano, quod *lybæus* crederet et doceret, subridens sapienter fatuo respondit: « Demosthenem illiteratum hodie vidimus: tuum est juseulorum curare condimenta, nam cum aures haberes oppletas sordibus, sacrosancta dogmata audire non potes. » Ita Theodoretus, lib. IV, cap. xvii.

Poste, sed false, nuper in Belgio frater quidam Franciscanus, irrisus ab heretico in-olente, alapaque percussus, cum stulte is ipsi objiceret, ut alteram maxillam feriendam offerret; scriptum est enim, ait: « Si quis te percusserit in dexteram maxillam tuam, præbe illi et alteram, » Matth. v, 39. Tu autem cum tuis, Evangelii ad litteram custodem te profleris. Mox frater sagax et nervosus sapienter et fortiter stultitiam ejus contudit; nam prosternens eum in terram pugnis male mulcavit, dicens: Scriptum est pariter: « Qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis. » Cum tertius quis superveniret, velletque eos separare: « Sine, inquit, doceo enim hereticum hunc sacras Scripturas, quas stulte citavit, sane intelligere. Scriptum est enim: Responde stulto juxta stultitiam suam, ne sibi sapiens esse videatur. »

6. CLAUDUS PEDIBUS, ET INIQUITATEM BIBENS, QUI MITTIT VERBA PER NUNTIIUM STULTUM. — Hebraice, *incidens pedes, ropinam bibens, mittens verba in manu stulti*; Regia, *decilians pedes*; Vatablus, *detruncat pedes, et bibit violentiam, qui per stultum aliqui demandat*; Chaldaeus, *qui currit pedibus suis, bibens iniquitatem: sic est, qui mittit verba in manu stulti*, Septuaginta, *ex vis suis opprobrium facit, qui mittit verba per nuntium stultum*; Procopius, *ex pedibus suis opprobrium facit, etc.*; Syrus, *de sub pedibus suis bibit iniquitatem, qui mittit nuntium stultum*. Pro iniquitatem hebraice est *חמאס* *chamas*, id est vis, rapina, violentia, tyrann-

is, iniquitas, injustitia, opprobrium, dampnum: sumiturque tam active pro rapina, quam quasi facit, quæ passive pro rapina, injuria et probro, quod quis patitur. Sic Job cap. xv, 16, de impio dicitur: « Qui bibit quasi aquam, iniquitatem »; et cap. xxxiv, 7: « Bibit subsannationem quasi aquam », hoc est, ab omnibus male audit, ridetur et subsannatur. Pro claudus pedes, Noster legit *מקטש* *mekatse*, quod est participium passivum *קטש*, significans succisus, ut vertit Pagninus, vel *incisus pede*, hoc est claudus: cui enim incisus sunt nervi et tendines genuum, hic necessario claudus est, et claudicat. Jam nervosus alii punctis legunt *מקטש* *mekatse*, quod est participium activum *קטש*, significans incidens vel succidens pedes, uti vertunt alii jam citati (1).

Nola: Herus et servus, mandans et mandarius, mittens et missus, puta nuntius vel legatus, oeconomicè censetur unum, et civiliter computantur ut una eademque persona, quia servus, mandarius et missus omnia agit ex commisso, et prescripto sui heri, mandantis et mittentis; quare quod unus facit, errat vel peccat, alter quoque censetur facere, errare et peccare. Hinc Salomon hic loquitur de mittente et nuntio misso complexim quasi de uno et eodem, esto unum epithetum magis conveniat uni, alterum alteri. Nam *claudus* magis convenit nuntio; *et vero bibens iniquitatem* magis convenit mittenti; sed quia hi duo civiliter sunt unum, hinc quod uni convenit, tribuitur et alteri.

Sensus ergo est, q. d. Mittens nuntium stultum ad negotia sua peragenda, perinde faciet ac si *claudum pedibus*, id est tardum, invalidum, ineptum et impotentem mitteret: stultus enim non potest prudenter ea peragere, quare multa imprudenter faciet, multos contra se et herum mittentem se concitabit, multaque temerarie dicet et aget, que in mittentem transcribentur, ut ipse videatur bibere copiosam iniquitatem nuntii, ac consequenter luat mercedem ejusdem penas, probra et damna. Demus enim ut recte referat ea que sibi commissa sunt, at, si super eis examinatur, non sibi constabit, sed vacillabit quasi in utramque partem claudicans, dumque alia effutiet et faciet que hero infamiam et damnum creant. Ad hæc sine se decipi, et mille dolis et mendaciis imponi sibi. Unde R. Levi: Iniquitatem bibit, ait, propter ea que a stulto referuntur. Quod quidem duplici ratione contingit, tum quidem quod stultus sermones non renuntiet, quem admodum jussus fuerat: ex quo fiet ut mittent gratia non respondeatur, iisque consentientia que proposita fuerant. Ideoque iniquum se prebebit ei ad quem legatus destinata est, licet hic crimine culpaque careat: id enim a legati demen-

(1) Abscondit sibi pedes, injuriam bibit, id est, ingerit sibi noxia quæque, qui mittit verba, mandata, per nuntium stultum.

tiam effectum fuit. Tum quod stultus sermones non referat ut jussus fuerat a responsum dante, ideoque fiet ut negotia implicita sint difficultatibus, consentaneis, que gratia destituantur. Hæc R. Levi. Igitur *claudus pedibus* complexim tribuitur mittenti et nuntio misso: proprie tamen nuntio competit, sed in mittentem transcribitur, quia quod missus facit, censetur facere mittens, et quia censetur claudicare tam mente, id est vacillare judicio et esse amens, quam pede, qui stultum cui mens magis vacillat quam pes mittit: et quia claudus, id est impotens ad negotia sua tractandum, sit oportet, qui non alium quam claudum, id est stultum, habet quem mittat.

Nam nervosus legatus et vertunt, incidit vel truncat pedes, scilicet mittens, nuntio quem mittit, q. d. ait Vatablus: Qui verba aut negotia magni momenti homini insipienti ad alium deferenda tradit, similis est ei qui, ut aliquo mittat quempiam, pedes illi succidit, id est eum mittit, qui ut nunquam perveniat ad eum, ad quem destinatur; aut, si ad eum devenit, rem perperam agere vel dicet; atque adeo quicquid erraverit aut deliquerit, id bibere ac devorare mittentem cogit.

Adit Aben-Ezra et Cajetanus, eum qui mittit stultum, non tantum stulto, sed et sibi ipsi pedes incidere et truncare, quia sicut pedes sibi ipsi succidens, privat se facultate ambulandi; sic quoque res suas tractans per stultum, privat se facultate easdem per semetipsum peragendi; stultus enim ita eas intricat et pervertit, ut vix a quoquam extricari et in integrum restitui possit. Idem bibit iniquitatem, quia mique facta et gesta a stulto quem mittit, eorumque probrum et poenæ in ipsum, utpote qui misit, derivantur. Ullorius R. Salomon *et incidens pedem* extendit ad quolibet negotii administratores, q. d. Qui stulti opera in legationibus utitur, multorum pedes præcidit, quos denuo reponere debeat, ut rem a priori legato male gestam reparet. Idem vero iniquitatem bibit, quod eisdem amici irascantur ob stulti legationem.

Noster Salazar subtilius censet *et incidens pedem* significare missionem poenam et penitentiam, q. d. Herus in poenam missi a se stulti poenam hanc erroris sui a se exipiet, ut pedem sibi ipsi incidat, id est verberet et cruciet, volens nimirum membra punire que sibi detrimentum attulerunt: nam eum posset pedes suos ad rem agendam movere, horum ignavia aut inertia calamitati aut infortunio causam dedit.

Septuaginta vertunt, *ex vis suis opprobrium sibi facit, vel probrum refert, qui mittit verba per nuntium stultum*: ita Auctor *Catænae Græcæ*; quia legatus stultus opprobrium est mittentis: mittens enim stultum censetur et ipse stultus, quia stulto dicta factaque et errores nuntii quem misit videtur probare. Procopius, *ex pedibus suis opprobrium sibi facit*; pedibus enim, et multo magis mente clau-

dicat tam missus quam mittens, ideoque magis ridetur quam pedibus claudus, de quo Poeta:

Loripedem rectus derideat, Ethiopum albus.

Mystice Beda: « Qui hereticum, ait, sciens mittit ad prædicandum populum, claudus est pedibus, et iniquitatem bibens, quia et operis boni incessum amisit, et interiora sui sensus haustu stultitiæ deebriat. »

Mystice, pariter B. Petrus Damianus, lib. I, *epist.* 18, hanc gnomen explicat de iis qui indignos promovent ad prælaturas: « Claudus pedibus et iniquitatem bibens, qui mittit verba per nuntium stultum. Quibus nimirum verbis, ait, quid aliud videtur expressum, nisi ut carnaliter sapienti, ac per hoc stulto culibet non committatur prædicationis officium? De sanctis enim prædicatoribus dicitur: Quam speciosi pedes evangelizantium pacem, evangelizantium bona! Itaque quilibet ordinator Ecclesiarum, si dignos et idoneos in dignitate constituit, quasi pedibus rectis incedit. Per eos enim verbum sperandem circumquaque discurrit, et quod per semetipsum non valet agere, per illos satagit efficaciter adimplere. Sin autem carnales quoque ac reprobus ordinare presumat, hic claudus pedibus ambulat. Qui etiam iniquitatem bibere dicitur: quia dum verba sanctæ prædicationis per stultum nuntium mittit, et contra Apostolum cito manus imponit, peccatis communicat alienis. Nam essi prudenter quisque loquitur, si tamen non agit ipse quod loquitur, in spirituali claudus itinere non immerito iudicatur. » Hæc P. Damianus.

7. QUONODO PULCHRAS FRUSTRA HABET CLAUDUS TIBIAS: SIC INDEGENS EST IN ORE STULTIORUM PARABOLA. — Pro parabola hebraice est *מסל* *masal*, id est *prædominans*, hoc est sententia illustris, erudita, gravis, acuta, præsertim ethica, que moribus hominum ad præstantem et virtutem efformat, quales sunt hæc Salomonis; vide dicta cap. I, 1. Hebraea ergo sic habent: *Elevata sunt crura a claudo, et (id est sic) parabola in ore stultorum. Pro elevata sunt hebraice est יררר* *dalet*, qui est imperativus a *ררר* *data*, significans haurire, elevare, exaltare, per ironiam, q. d. frustra elevabitur. Potius indicativus significans, elevata vel exaltata sunt crura claudo; unum enim crus ejus altius est altero: sicut situla una altior est altera, dum hauriunt aquam e puteo: una enim deprimitur, altera elevatur. *Elevata* er. o, id est inæqualia sunt crura claudo, ut vertit Pagninus, Baynus et alii. Alii vertunt, *exhausta sunt, id est auerunt, vel siccate sunt tibia claudi* (1).

Primo, ergo ex Hebraeo sic vertunt et explicant

(1) Rosenmullerus, *elevata crurum*, saltatio, que a claudo fit, id est claudi, et parabola, sententiose dictam, in ore stultorum: utrumque movet risum. Maurer, *laxa, languida, dependens* (tibia præteriti pluralis persona verbi *ררר*) crura a claudo, et sententia in ore stultorum inepta est.

nonnulli, quasi significet parabolam, id est sententiam sapientem et gravem non reperiri in ore stulti. sicut rectus inessus non reperitur in claudo: sicut enim claudus incedendo claudicat, sic stultus loquendo imprudenter et inconstantiam suam ostendit. Unde Chaldaeus verit, si *desideris ambulationem claudi, suscipies verbum ab ore stulti*. Septuaginta, *autem gressum errurum et parabolam* (hoc enim significat graecum παραβολήν, ut habent Complutenses et Auctor *Catena Graecorum*, pro quo minus recte alii legunt παραποία (id est iniquitatem) ex ore imprudentium, hoc est, ut clare Symmachus, *desecerunt tibi a claudo, et parabola in ore stulti*; Vatablus, *exaruerunt crura claudo, etc.*

Secundo, alii sic vertunt et explicant, q. d. « Ablate sunt tibi a claudo: sic parabola in ore stulti, » q. d. Quod est corpus sine tibiis, hoc est parabola sine intellectu in ore stulti. Huc accedit Aben-Ezra, qui verit, *an elevabit extollentque claudi crura, cum is pedibus careat?* q. d. « Proverbum absque intelligentia est tanquam corpus carens pedibus. Aut sicut attenuata sunt crura claudi, sic tenuis imbecillitate est parabola sine intelligentia. »

Tertio, Salomon, q. d. Sicut claudus videtur crura ejuslibet viri altiora suis: sic stulto parabola et sapientia videtur altior se, ut ad eam se erigere eamque comprehendere nequeat.

Quarto, Vatablus, q. d. Elevate et erigite claudum in pedes suos: lamen non propterea rectus incedit aut gressus regit, quinimo saltem concidens procumbit. Ad eundem modum; si in ore stulti ac stolidi hominis perelegans et peracuta parabola ponatur, non propterea mente discurrat, et ex acceptis ad alia scandat; sed quam primum vacillabit, et in absurdiora dilapsus eruet.

Quinto, melius alii vertunt, *elevate*, id est *iniquales*, ideoque indecentes sunt *tibiis claudo, sic et parabola in ore stultorum*; quod Noster clare verit, *quomodo pulchras frustra habet claudus tibiis, sic indecens est in ore stultorum parabola, q. d. Sicut pulchre tibiis claudum non ornant, sed dehonstant, et spectantibus ridendum exponunt, eo quod iis uti recteque incedere nesciat, sed eis abutatur ad claudicationem que intuentibus ridicula videtur, et risum movet: sic pariter parabola, id est sententia sapiens et gravis, stultum non decet, nec decorat, sed dedecorat, quia ea recte uti nescit, sed ea ridicule abutitur ad suam stultitiam, idque primo, quia eam profert non opportune et congrue, sed importune tempore locoque incongruo. Sic Salomonem explicat *Ecclesi.* cap. xx, 22, dicens: *a Ex ore fatui reprobabitur parabola; non enim dicit illam in tempore suo.* Vide ibi dicta.*

Secundo, quia sicut claudus tibiis pulchris, sic stultus parabola pulchra recte uti nequit, tum quia aliquid ei addit vel detrahit, ait R. Levi; tum quia recte eam applicare nescit, sed inapte

et inconcinne eam accommodat rei cui non debet, et modo quo non debet.

Tertio, sicut claudus, licet pulchras habeat tibiis, tamen inequaliter ambulat, quod una tibia sit brevior altera, ideoque claudicando nullat, nunc pedem unum longiorem attollens, nunc alterum breviorum deprimens: ita pariter, licet in ore stultorum sit prudens aliquis sermo, tamen cum aliis eorum verbis non consentit; sed velut inequalibus tibiis ambulat et claudicat, dum post dictum aliquid sapiens, ad suas nugas et stultitias revolvitur. Sermotis sapientis ergo nervos incidit stultitia stulti, dum post eum subnectit inconcinna, inepta, disoluta que non coherent, quaeque nec caelum nec terram tangunt, ut vulgo dicitur. Quare sicut homo est monstruosus, ejus membra sunt inequalia, vel debita proportione carentia: sic monstruosus est sermo stulti, ejus partes sunt inequales et justa proportione destitute. Sic Cicero, *De Claris Orat.*, notans quemdam qui pulchris inepta miscerat: « Actio, inquit, paululum, tum vitio vocis, tum etiam ineptis claudicabat. » Huc facit proverbium Arabicum, *Cent.* 4, num. 20: « Ne increpares pavonem et columbam simul, id est, ne sis modo compositus, modo dissolutus, modo gravis, modo levis et insolens; » uti faciunt stulti, qui modo graves et compositi in dietis et verbis incedunt quasi pavones; modo leves et ridiculi voltant ut columbae.

Quarto, Baynus: Parabola, ait, id est sermo eruditus et elegans in ore stulti, cum a vita ejusdem et actione discordat, indecenter claudicat. Duo enim velut animas crura sunt dictio et actio; quapropter cum sermo sublimis est, actio humilis, indecora admodum claudicatio, ac turpis pedum nutatio fit, qualibus diei potest illud *Eccl.*: « Usquequo claudicatis in duas partes? Si Dominus est Deus, sequimini eum; si vero Baal, sequimini eum, » *III Reg.* xviii. Igitur haec gnome in eos intorqueri potest, in quorum ore semper est Evangelium, quique illud ex officio aliis praedicant, cum improbe sint vite, quales omnes Sapientis stultos vocat. Sancta enim haec praedicatione illis indecens est, ut qui ea nec ornentur, nec eandem ornent, sed inequalitate dictionum et factorum dehonstant, quantum in se est, omnia claudis similes, qui pulchras quidem habent tibiis, sed eis non pulchre incedunt: claudicant enim et illi in duas partes, dum ore Deum, vitam mundum praedicant. Ita Bada, Jansenius et alii.

line et apposite B. Petrus Damianus, *lib. I. epist.* 18, hanc gnomen de praedicatoribus male viventibus exponit: « Quomodo, ait, pulchras frustra habet claudus tibiis, sic indecens est in ore stultorum parabola. Pulchris plane innotuit tibiis, qui luculentis nitet claritate sermone; sed dum sine bonis operibus accuratum deprimit eloquium, velut sine gressu promovet recta crura verborum. Quasi pulchras ergo habet tibiis ad

videndum, sed non utiles ad gradiendum, qui podagricis vitorum laqueis inmodatus, ipse quidem turpiter claudicat, dum alios ut agilliter gradiantur invitat. In istorum ergo stultorum ore indecens est parabola, quia, dum spiritualiter sonant et carnaliter viciant, eorum vita cum lahis non concordat: quos nimirum honesta loquentes, sed inhoneste viventes praedicatio recta non liberat, sed mordax conscientia vehementer accusat. »

8. Sicut qui mittit lapidem in acervum Mercurii: ita qui tribuit insipienti honorem. — « Insipientem » hic accipe tum physice, id est dementem et stultum; tum ethice, id est vitiosum et sceleratum.

Pro acervum Mercurii hebraice est מרגמה *margema*, quod derivatur a רגם *ragam*, id est lapidare, lapides jacere, vel lapidibus obruere; unde quadrupliciter vertitur: primo, *acervus lapidum*; secundo, *purpura*; tertio, *funda*; quarto, *acervus Mercurii*; hinc quadruplex oritur versio: primo, *margema* hebraei passim interpretantur *acervum lapidum*, q. d. Sicut qui lapidem, praesertim pulchrum, politum vel pretiosum, projicit in communem acervum lapidum, rem facit inutilem: lapis enim unus, esto pretiosus, in acervo tot lapidum, nec numerum, nec pretium habet, imo nec apparet, nec agnoscerit: sic pariter rem inutilem facit, qui dat honorem insipienti; perdit enim honorem, dum eum collocat in indigno, in quo nec pretium nec dignitatem habet: honor enim suum pretium habet in sapiente et virtute praedito. Rursum, q. d. Qui stulto magistratum deferat, totam rempublicam confundit et perturbat, eamque facit instar acervi lapidum, qui non est aliud quam rudis indigestaque lapidum moles sine lege, sine ordine permixta et confusa: sic enim in Republica est rerum omnium confusio, cum stulti, qui regi debent, praesunt; sapientes vero, quorum est regere, subsunt. Ille etiam acervus postea dicitur *acervus Mercurii*: quia enim olim acervi plurimi erant dicati Mercurio, hinc videtur manasse usus, ut quilibet lapidum acervum vocaretur *Mercurii*: sic enim saepe nomina sacra ad res profanas ex usu vulgi translata sunt (1).

Nonnulli hanc expositionem accunt, per acervum lapidum accipientes polyandrium, sive locum et sepulchrum cadaverum; in hunc enim solebant coacervare lapides: sepulchra enim et

busta plebeiorem habebant congeriem lapidum; unde illud Virgillii:

Monte sub hoc lapidum tegitur Balista sepultas.

Sic sensus erit, q. d. Sicut si mittas lapidem in polyandrium, non ornas locum, sed sordidatur a loco: sic si des honorem stulto, non cum ornas, sed ab eo sordidatur, juxta illud Ciceronis quod citavi vers. 1: *a Caesar, cum quosdam ornare voluit, non ipsos honestavit, sed ornamenta ipsa turpavit.* »

Uterius alii acervum hunc lapidum subtilius exaccuant, arctantque ad funestum lapidum acervum, qui destinatus erat ad hoc, ut eo damnati ad lapidationem obruerentur; ut enim eos lapidatur lapides habent ad manum, faciebant eorum congeriem, ex qua lapides depronerent: quare hic acervus Judaeis erat abominabilis. Sic sensus erit, q. d. Sicut lapis missus in congeriem lapidum dampnatorum fit abominabilis, sic pariter abominabilis fit honor qui stulto tribuitur. Hinc de Achan lapidato a Josue, cap. vii, 26, dicitur: *a Congregaveruntque super eum magnum acervum lapidum, qui permanet usque in presentem diem.* » Huc facit etymon *margema*, quod est רגם *ragam*, id est lapidare, quasi *margema* sit acervus lapidationis.

Rursus alii *margema* vertunt *acervum margaritarum*, q. d. Sicut lapis pretiosus perdit suum decus, si acervo margaritarum ponatur et condatur; gemma enim suam habent splendorem, si non in acervo, sed suo loco et ordine collocentur: sic pariter honor stulto collatus suam perdit dignitatem, quia non suo et congruo, sed indecenti et indecoro loco collocatur. Aut, q. d. Sicut lapis ementitus, puta gemma adulterina mixta aliis gemmis et margaritis veris, eis fidem detrahit, facitque omnes de adulteratione et flectione suspectas: sic pariter stultus unus positus in senatu, congregatione vel centu sapientium, ceteris notam inurit et famam sapientiae derogat, omneque facit de stultitia et scelere suspectos.

Insuper quidam vertit, *sicut fragmentum testis* (Chaldaeus, *laminæ*) in lapidum acervum, scilicet conjectum dissipatur, imo in mille frusta dissiluit illius ad lapides, ut plane conteratur et perdat: sic et dignitas, si conferatur stulto, dissiluit, desinitque esse dignitas, ita ut nullus sapiens eam velit, quia videt eam sibi cum stulto communem, et a stulto jam profanam et vitium effectam.

Secundo, Aben-Ezra et R. Joseph hebraum *margema* accipiunt pro מרגמה *argaman*, id est purpura, vel רגמה *rigma*, id est splendor et gloria, q. d. Sicut inepte facit qui lapidem abjectum purpura involvit, sic et qui stulto honorem deferat: qui enim lapidem involvit purpura, honorem ei deferat; lapis enim stulto, purpura honori respondet. Rursum, q. d. Si quis lapidem, id est caput lapideum, vel statuam lapideam principis,

(1) Erant apud graecos *ἐπιτάφια λίθαι*, sive lapidum acervi Mercuriales, seu *ἐπιτάφια*, via publicis et compitis ad itinera demonstranda conpositi, quos transeuntes viatores crebro lapidum facti in Mercurii honorem augebant. Vide Seldeni *De Titis Syris* syntagm. 2. — Ceterum hujus loci sensus generatim nobis hic esse videtur, ut *scrupulus lapidis* ut lapillus, seu *pondus in funda*, id est, ut qui lapillum, id est pondus, ponit in funda, ut is inde exantiat, dum eam in mansupio de more recondere debuisset: sic est qui dat stulto honorem.

vestiat purpura, ponatque in solio quasi jus populis dicturam, rem facit ridiculam; nec enim lapidem honestat, sed purpuram deonestat: sic pariter qui stultum ornat honore magistratus, iudicis vel prefecit, rem facit ridiculam, imo noxiam: stultus enim hoc honore rite defungi nequit; sed stulte subditos regit, stultasque proferet sententias, leges, dicta, juxta illud: « Simia in purpura; » *v. juars qui stulto confert magistratum, magistratum violat et contaminat.*

*Tertio, Septuaginta margema vertunt σπερδών, id est fundam, qua lapides rotati in orbem magna vi funduntur, torquentur et vibrantur in scopum: Qui allegat, inquit, lapidem in funda, similis est ei qui dat insipienti honorem; Chaldaeus, sicut fragmentum laminae in funda, etc.; Syrus, sicut lapis in funda, sic qui laudat stultum; Arabicus, qui ligat lapidem in funda, assimilatur illi qui tribuit stulto honorem.* Sic et Valabius, Pagninus, Baynus, R. Salomon et R. Levi qui sic explicat, *q. d.* Sicut lapis preciosus non est ponendus in funda ut abjiciatur: sic nec confectus stulto honor, id est sapientia, cum ille ipse sit indignus; sapientia enim vocatur honor, quod in ea mortalium decus splendore consistat, juxta illud cap. iii, 33: « Gloriam sapientes possidebunt; stultorum exaltatio, ignominia. » Funda enim dicitur σπερδών a σπείδω, id est a festinando, quod festinato roletur et jaciatur; unde σπερδών, vocatur τὸ σπερδών.

Sensus ergo est, *q. d.* Sicut qui ligat lapidem in funda, ut projiciatur, stulte facit; nec enim lapis ligatus proci potest: sic stulte facit, qui insipienti dat honorem. Aut potius, *q. d.* Sicut qui lapidem ligat, id est funde imponit, et rotando stringit, ut validius et certius ejaculetur, hic cum prociat, abjicit et perdit; lapis enim ejaculatus abjicitur, evanescit et perit: sic honor tributus stulto non dum permanet, sed illico abjicitur et perditur. *Aut tertio, magis apposite, q. d.* Sicut qui vibrat lapidem e funda in scopum, saepe saepius ab eo aberrat, et in devia torquet: sic qui dat honorem stulto, a scopo honoris, qui est ut is detur sapienti et probato, aberrat, ac in devia, puta in insipientem, improbum et indignum eum transmittit.

Rursum, S. Ambrosius in *Psal. civ*, sub finem, sic versionem Septuaginta concinnat: « Libertas, ait, sapienti, non insipienti convenit; quoniam qui illigat lapidem in fundibulo, similis est ei qui dat insipienti claritatem; seipsum vulnerat, atque sibi potius, dum itorquet jaculum, affert periculum. Deinde sicut tormento acerbat, et geminatur malum saxi ruina, sic insipientis in libertate ruina vehementior. » Mens S. Ambrosii est, *q. d.* sicut is qui rotat fundam, affert sibi periculum, ne rotando lapidem in caput suum impingat: sic qui stultum promovet ad honores, creat periculum suo capiti, ne scilicet populus a stulto laesus invadat eum qui usum promovit:

in promoventem intum solent promoti lapsus et errata transcribi. Rursum, sicut lapis funda valido impetu contortus in altum, mox graviore ruina descendit ferturque deorsum: sic stultus, ad honores evehctus, graviore lapsu in ima corruit, juxta illud: « Tollitur in altum, ut lapsus, graviore ruant; » sicut enim lapidis, sic et stulti locus est imus. Denique Ad Ycigraphus sic adaptat, *q. d.* Sicut qui lapidem funde impositum dat in manus stulti, dat ipsi arma quibus alios ipsumque dantem feriat: sic qui eidem dat dignitatem, dat ei lapidem quo alios et ipsum dantem vulneret: stulti enim dignitate nesciunt uti moderate, sed ea ad libidinem in aliorum perniciem abutuntur.

Nonnulli valde congrue graecum σπερδών, id est fundam, accipiunt pro pala annuli aurei, eandemque censent notari per hebraicum margema, id est purpuram. Solet enim pala annuli addi bracteola coloris purpurei, ne gemma pala inclusa fulgore auri hebetetur et offusceatur, sed suum splendorem teneat, illoque colore exactat. Sic sensus erit, *q. d.* Sicut qui lapidem vulgare ligat in pala annuli aurei, absurde facit: sic et qui dat honorem insipienti. Ita noster Menochius in *Hieropol.* lib. II, cap. xi. Nam σπερδών dicitur est pala annuli, ut Cicero interpretatur apud Platonem, lib. XXI *Polit.* Et Plinius fundam quoque hoc significatu dicit, ut: « Fundae, ait, includuntur perspicuae, ceteris subjectis aurichalca. » Est autem pala annuli funda, circulus ille auri vel alterius metalli, quo gemma annuli includitur, perinde ac funde sinus lapidem ejaculandum includit.

Denique funda accipi potest pro sacculo, crimena et marsupio facto instar retis; unde Macrobius: « Demissa, ait, in fundam propperer manu, pauculos denarios protulit. » Funda enim subinde rete significat, ut patet ex illo Virgili, II *Georg.*:

Alque alius latam fundam jam verberat annem,  
Alta petens, pelagoque alius trahit humida lana.

Ubi Servius: « Funda, ait, est retis genus dictum a fundendo. »

Consequenter per lapidem accipias vel calculum rationum, quo scilicet mercatores supputant summas pecuniarum, vel lapides ponderum; olim enim lapidibus utebantur pro ponderibus, et tam hos quam calculos rationum includebant saeculis et marsupio. Si calculos rationum accipias, sensus erit, *q. d.* Sicut calculus in se parvi est valoris, sed magni ob summam quam significat: sic stulto ad magistratum vecto defendendus est honor, non propter se, sed propter Deum et communitatem, cujus personam representat. Ita D. Thomas, II II, *Quaest.* LXIII, art. 3. cujus verba mox recitabo. Sin lapides ponderum accipias cum nostro Salazar, sensus erit, *q. d.* Qui virum stultum et insipientem ad honores, i-

est ab magistratum vel principatum extollit, ut ex jure publicam rem administret, perinde facit ac si pondera marsupio includat et inclusa obliget, *q. d.* Illo imperante, nullus erit justitiae locus, nihil ex jure, nihil aequitate geretur, sed in omnis minor vel inferior, palam vultu gravi, severos et insipientes homines a magistratu arendos idcirco dicit, quia illis Rempublicam gerentibus jus et aequitas exulat, ac consequenter exulante merces et mercatores, et mercatura qua Republicae opes et rerum abundantia constat

Ex diebus liquet σπερδών, id est funoam, tria significare: primo, fundam; secundo, palam annuli; tertio, sacculum et marsupium, triaque haec significata apte huic sententiae et similitudini congruere, juxta sensus quos assignavi.

Quarto, solet noster Interpres margema vertit acervum Mercurii; esto enim margema in genere significet acervum lapidum, usu tamen appropriata fuit vox ad acervum Mercurii, utpote olim apud Gentiles communissimum et celeberrimum, ac Judaeis notissimum. Id ita esse docet primo, noster Interpres qui sic vertit, ejusque versionem probavit et probat tota Ecclesia. Secundo, quia margema idem est quod Mercolis מַרְגָּמָה regema, id est Mercurii (hunc enim Hebraei vocant Mercolis) acervus. Tertio, ita docent Rabbini in *Sepher Amara*, cap. xx et alibi, ac *Speculum Historiale*, lib. XXVI, quo citat Joannes Drusus, licet in fide heterodoxus, ideoque minus favens Vulgato Interpreti, lib. III *Quaest.* cap. LXVI; et in *Class. Proverb.* lib. II, cap. XXXV; et R. Salomon hic: « Rabbini, inquit, eum qui legis doctrina imbuat discipulum ineptum, simile esse lapidem in mercurium jacenti affirmant. » Sic et Mercerus hic (cujus verba mox recitabo) testatur veteres Hebraeos margema vertisse Mercurium. Unde docet Elias in *Tisbi*, R. Ismael in *Gemara*, R. Nathan in *Lexico Juris Hebraeorum*.

Denique id magis constabit ex mox dicendis. Nec novum est in Scriptura citari deos Gentilium, ad eorumque fabulas alludi. Sic enim alludit ad fabulam Titanum, *Judith* xvi, 8: « Nec percussit, ait, eum (Holofernem) filii Titan. » Et *Job* cap. ult. 15, pro *Cornu stibii*, quod erat nomen filii Job, Septuaginta vertunt, *Cornu Amalthae*, id est cornu copiosum, dives rerum omnium affluentia abundans. Fabulantur enim Poetae Amalthae fuisse capram nutricem Jovis, e cujus proinde cornu Jupiter omne bonum fundebat. Ita Olympiodorus et Nicetas ibidem, qui sapienter advertunt: « Cum Scriptura, ait, cornu copiae aut Sirenum, aut vallis Titanum, aut Gigantum mentionem facit, tantum utilitatem illis fabulis significalam, non vero falsitatem illam nobis proponat. » Sic et Nyssenus, hom. 9 in *Cont. Jam*.

Quaeritur quis sit acervus Mercurii? Primo, Beda Aethicus, Hugo, Lyranus et Glossa interlinearis per Mercurii acervos lapidum aggres seu cumulos, ad Mercurii templum exedificandum collec-

tos, accipiunt, *q. d.* Qui hominem rudem et imperitum Reipublicae praeficit, aut illi docendi minus attribuit, peccat aequae ac illi qui falsis Idolis, congestis lapidibus, templa edificat. Nam, sicut Mercurii fanum extruere idololatris est, ita etiam, inquit Hugo, idololatrie quoddam genus est insipientem virum magistratum creare, juxta illud *Zachar.* cap. xi: « O pastor et idolam! » Audi Bedam: « Qui insipienti, id est haeretico, honorem docendi confert, non minus delinquit, quam qui deos ac delubra Gentilium cultu venerari inani. » Verum haec expositio videtur aliena et longe petita. Multo alienior, imo falsa et erronea est illa Merceri hoc loco: « Veteres Hebraei, ait, margema accipiunt pro simulacro Mercurii, quoc ex magna lapidum mole factum esset; quo sensu Vulgatus Interpres vertit acervum Mercurii, qualis est imago Christophori, qua magna mole lapidis in nostris templis alicubi cernitur. » Unde ipse hunc locum cum Beda torquet contra invocationem S. Christophori aliorumque Sanctorum, ac venerationem imaginum eorumdem, *q. d.* Sicut absurde facit, imo peccat in Deum, qui statuum Mercurii, qualis est Christophori, lapidibus pretiosis ornat: sic et peccat qui honorat stultum. Verum haec est haeresis. Aliud enim est idolum et dii Gentium, aliud est S. Christophorus et Sancti Christianorum eorumque imagines, uti ostendi I *Corinth.* viii, 4. Rursum, margema non significat Mercurii statuum, sed acervum lapidum. Denique S. Christophori imaginem esse imaginem veri Sancti et Martyris, non autem emblemata ejuslibet pugilis Christiani, qui Christum laborando et patiendo portet, uti volunt haeretici, fuse et effaciter demonstrat Joannes Molanus lib. III *De S. Pictur.* et *imagin.*

Secundo, Pagninus vertit, sicut qui ligat, vel mittit lapidem in cumulum lapidum, etc., id est, inter honorem qui homini sapienti exhibetur, et eum qui stulto impenditur, hoc interest, quod inter lapidem qui in edificio affabre constructo loco aptatur suo, et inter eum qui in cumulum et aggerem lapidum temere jacitur, *q. d.* Honor sapienti impensus aptissime in illum cadit, et speciosus lapis suo coherens loco speciosus est; is vero qui stulto adhibetur, lapidem aliquem rudem temere in acervum projectum, et a suo loco emotum imitari videtur.

Tertio, S. Thomas, II II, *Quaest.* LXIII, art. 2, Hugo et Lyranus, per acervum Mercurii accipiunt acervum mercatoris, puta lapillos (pro quibus jam utuntur nummis aereis), sive numerarios calculos, quibus summas pecuniarum subducunt et computant. Mercatores enim a mercibus dicti sunt Mercurii. Unde Fulgentius in *Mythologia*: « Omnis negotiator, ait, dicitur Mercurius, quasi mercium suarum curam habens. » Vide Giraldum, *synonyma*, 9. Audi S. Thomam: « Quia Gentiles rationationem attribuunt Mercurio, acervus Mercurii dicitur cumulus ratiocinii in quo mercator

aliquando mittit unum lapillum loco centum marcarum; ita etiam honoratur Praelatus, qui ponitur loco Dei et loci totius communitatis, etiam si improbus fortasse sit. » Similia habet Lyranus, quem vide, si libet, aequae Hugonem.

Noster vero Salazar per lapides Mercurii accipit lapides quibus utitur pro ponderibus ad ponderandum res quaslibet, q. d. Quisquis stulto homini magistratum aut imperium defert, ei similis est, qui lapidum, hoc est pondera quibus res librari et appendi consueverunt, non quidem ad librandum adhibet, sed in aerivum cogit ac colligit, id est, h. e. efficit ne quid exacte et ex jure et iustitia peragatur, sed quasi sublatis remotisque ponderibus omnia temere et confuse fiant; vel hoc prestat, ut, quemadmodum sublatis ponderibus mercatura cessat, ita quoque iudicia cessent, et fora silent.

Quarto, genio.

Quarto, simpliciter et genuine: Aerivum Mercurii significat lapides congestos tumulantes in honorem Mercurii, qui erat dux viae ad indicandam viatoribus viam, quos Graeci *Hermas* et *Hermacas*, id est Mercenarios, vocabant, ut patet ex Nicandro in *Theriacis*, ubi Schollastes: « *Hermacas*, ait, poeta appellat lapides aerivatos in honorem Mercurii. » Et Hesychius: « Mercurialis aerivum, ait, significat cumulos lapidum Mercurii, quos in viis aerivabant in honorem illius dei. » Solebant enim antiqui in bivis aut trivis statuam Mercurii collocare, quo cum perveniebant qui faciebant iter, ac mercatores praecipue quorum deus erat Mercurius, honoris gratia offerebant lapillum. Is, ut viarum praeses, effingebatur truncato habitu, ex lapide rudi, in formam quadratam, hisce Graecis verbis subscriptis *ὄδιος*, id est *auspinatus ad iter*;

*ὄδιος*, id est *dux viae*; unde et *ὄδιος*, teste Hesychio, sive *ὄδιος*. Lapidem hoc ergo *Hermas* vocabant Graeci, et aerivi dicebantur *ἑρμαί*; « *Viacum* vocant Latini; vetustissimi Judaeorum vocant *Mercolis* sive *Mercurium*. Citant ex Glossis Thalmudicis, tract. *De Idololatria*, fol. 42, part. 1: « Sunt gentes quae colunt lapidum aerivum, quem *Mercolis* vocant. Cuius autem ejusmodi est: Quisquis venit, projicit lapidum in aerivum illum. » Unde veterum Hebraeorum proverbium simile huic Salomoni, imo idem cum eo erat: « Projicit lapidum in *Mercolis*. » Nam *Mercolis* est Mercurius, aut potius aerivum lapidum Mercurio sacer. Hinc in *Lexico Hebr. Juris* dicitur: « *Quid est beth (domus) Mercolis?* est sanum idoli ejusdem quod *Mercolis* nominabatur, cuius cultus fuit projectione lapidum, de quibus R. Israel in *Gemara*: Isti, ait, sunt lapides fani *Mercolis*, unus hinc, alter illinc, tertius super utrumque jacet. » Meminit horum lapidum non semel auctor *S. pher Amana* (id est *libri veritatis*), ut cap. xx et alibi.

Quare autem mercatores aut iter facientes Mercurium honoris ergo lapideo aerivo cumularent, ex antiqua fabula dimanavit, quam Didymus, lib. XVI *Odyss.*, in hanc sententiam graece narrat,

Anticlidemque narrat auctorem. Auctor Hesi: Etymologici hoc idem narrat. Stultus autem aple vocatur lapis, quia, ut ait Plautus in *Militi*: « Nullum hoc stolidum est saxum. » Hoc ergo proverbium vel manavit a superstitione et cultu Mercurii, q. d. Quemadmodum ad statum Mercurii lapides mittere, honoris causa, summa dementia est, quia statua Mercurii aut lapis est, aut lignum nihil sentiens: ita stulto homini honorem tribuere inscitia est. Enimvero stultus apud Terentium *caudea*, et *stipes*, et *lapis* appellari solet in *Heautontimorumo*. Vel id manavit a pietate in viatore, q. d. Simile est beneficium conferre in stultum (quoad remunerationem intelligo) illi quo prosequitur viatorem, quisquis lapidem in aerivum jacit in signum et indicium viae. Beneficium enim est peregrinatoris deinceps, sed eorum nemo imputat datori, quia ignoratur: ita beneficium perois, « beneficium das stulto et caeco; nescit namque ille referre. Hinc fluxit apud Christianos, ut iuxta cruce in itineribus lapides videamus accumulatos. Nam primi Christiani, quo pravam antiquum morem extirparent, cruce pro Mercurio substituere coeperunt, et lapides cum magna reverentia mittere in memoriam Calvarii montis, deducentes superstitionem illius saeculi corruptissimam in veram pietatem et religionem; sicque idololatriam fugarunt omnem.

Indi vero et Mahometani adhuc retinent superstitionem illam prociendorum lapidum, ut patet ex verbis quae apud Vincentum Bellocensem citata comperit Josephus Scaliger, et ipse refert lib. V *De Emendatione temporum*. Verba sunt: « Indiae gentium, quae Zechiam et Albarachum dicuntur, antiqua consuetudo fuit nudos et decalvatos, magnisque ululatibus personantes simulacra demonum circumire, angulos osculari, et projicere lapides in aerivum, qui quasi pro honore diis extruebatur. Inde enim est quod in libro Salomonis dicitur: Qui projicit lapidum in aerivum Mercurii. Faciebant autem hoc bis in anno, sole scilicet existente in primo gradu Arietis, et rursus cum esset in primo gradu Librae, hoc est initio veris et autumnis. Haec ergo consuetudo cum ab Indis ad Arabas descendisset, eamque suo tempore apud Mecham in Veneris honorem Mahumet celebrari reperisset, sic illam manere praecipit, cum tamen caetera idololatriae vestigia removisset. »

Affinis, si non idem, lapidum Mercurii est lapis Chaldaeorum supersticiosus, dicitur *missurim*, de quo ita Zoroaster: « Quando, ait, conspexeris demonem terrestrem (tibi responsum expectanti) accedere, incantans sacrificia lapidum *missurim*. » Ubi Psellus in *Scholias* rem aperit: « *Demones*, ait, circa terram volitantes natura sua sunt mendaces. Quod si ex his verum aliquem sermone audire cupias, aram appara, et sacrificia lapidum *missurim*. Habet enim hic lapis vim advocandi

magorem demonem, qui occulta ratione materialis genio applicatus, rerum inquistarum veritatem insusuratur, quam ille porro homini interroganti profert. Indicat enim nomen ipsum, quo in advocacione utentium est una cum lapidis sacrificacione. » Hic Psellus. Cui similia Nicephorus ad lib. Synesii 5. *Insomnis*. Fuit haec vanissima superstitio putantium non omnes demones aequae mendaces, sed aliquos veraces. Deinde et illud erroneum, quosdam esse materiales, materia tenebrosa plenos, ut loquitur. Hic ergo magicus fuit ritus Chaldaeorum.

Haec et plura de aerivo Mercurii erudite collegit Laurentius Ramires in *Pentacostarcho*, cap. penult. Huc facit adagium: « Mercurius triiceps, » dicit solitum in ambiguos et ancipites. Mercurius enim Gentilium erat deus index viae; quare in triviotra ei dabant capita, et cuique inscribebant quoniam quodlibet caput et quaelibet via (quam caput indicabat) duceret. Exstat de hoc aerivo Mercurii elegans epigramma apud Alciatum hoc emblemate: « Qua dii vocant, eundem:

In trivio mons est lapidum, supereminet illi  
Trunca dei effigies, pectore facta tenus.  
Mercurii est igitur facies, suspende, viator,  
Serta deo, reclusum qui tibi monstrat iter.  
Omnes in trivio sumus, atque hoc tramite vita  
Fallimur, ostendit ni Deus ipse viam. »

Mercurius interpres deorum, princeps orationis et sermonis, viatorumque numen credebatur; unde ejus statuæ in bivis trivisque constituebantur ad indicanda viarum discrimina; viatores itaque status solebant lapidum aerivos accumulare; sic enim Deum putabant honorari, ea scilicet et re quae in promptu esset et obvia, vel quod ita viam repurgare viderentur, vel quod eo lapidum cumulo Dei effigies praetereuntibus esset notior. Ulpianus, Annotat. in Oratione Demosthenis *advorsus Leptinem*, ait *Hermas*, id est Mercurios, ejusmodi fuisse qua triangulos, superiore parte Mercurii figuram gerentes, inferius inscriptiones viarum ostendentes, quae de R. Giraldus, *synonym. 9.*, et Caelius Rhodiginus, lib. XXVIII, cap. XII. Adagiographus, Proverb. *De Mercurio dextro, et Mercuriate, et bifrons Mercurius*. Hoc autem emblemate quasi insignitate monemur ea tantum sequenda esse, ad quae Deus et natura nos reddidit idoneos, cum summa fatuitatis et dementiae sit aliquid invidia, quod aiant, Minerva suscipere et prosequi. Hinc dicebat Cato apud Ciceroem naturam optimam ducem esse sequendam; nihilque aliud fuisse gigantum more bellare cum diis, nisi naturae repugnare. Unde et D. Paulus adhortatur eam ut sortem rotineamus, in qua nos esse Deus voluit. Sed quoniam mentis humanae tanta est caecitudo et ignorantia, ut qua via sit eundem plane ignoret, supplicii oratione et submisso animo recurrendum est ad eum qui est via, veritas et vita, quem qui sequitur, in tene-

bris non ambulat; continuoque illud Davidicum repetendum: « Ostende mihi, Domine, viam in qua ambulem. » Certe et Socrates apud Platonem pergendum in solam esse viam, qua Deus nos ducit, asseverat. Porro Mythologi sacri pro Mercurio, olim deorum nuntium, vel sacras Litteras, quae nobis divigenam voluntatem aperiant, intelligunt; vel Prophetas et Doctores apte divina oracula nuntiantes, ex quibus orthodoxam salutis aeternae viam exicipere est necesse;serta autem suspensa, honorem et reverentiam illis exhibendum esse declarant.

Hinc Paulus a Lycaeonis vocatus est Mercurius, quia ipse erat dux verbi, *Actor. xiv. 11.* Mercurius enim fuit Jovis ex Maia filius, deorum nuntius, et, ut canit Orpheus, Jovis angelus, indeque dictus Mercurius, quasi medicarius, quod medius curreret inter Deum et homines. Plura de Mercurio dixi *Actor. xiv. 11.*

Sed redeamus ad aerivum Mercurii, cujus hic meminit Salomon. Apposite sane eum, qui honorat stultum, comparat viatori qui mittit lapidum non quemlibet, sed pretiosum in aerivum Mercurii. Nam pro qui mittit lapidum, hebraice est *צורר אבן* (*tsoror eben*, id est *ligniculum lapidis*, hoc est lapis, qui ligosus solet in pala annuli, quod nulli fit, nisi figuris sit et gemmeus; unde Vatablus vertit, ut est *inclusio lapilli in aereo lapidum, sic qui dat stulto gloriam, q. d. Ut lapillus in pala annuli inclusus decorus est, indecore autem in aereo aliorum lapidum, ac praesertim Mercurii, jacet: sic honor decore collocatur in sapiente, indecore in insipientie. Primo enim, sicut indecens et ridiculum est gemmis ornare lapidem aut lapideam statuam Mercurii, ac ante eam procurbare eamque adorare: sic et indecens ac ridiculum est stul. um ornare, honorare et adorare, cum ipse sit bardus instar stiptitis aut saxi. Rursum, sicut saxum aut saxea statuam non sentit ornamenta et honores sibi impensos, nec impendentibus gratias refert: sic nec stultus eos pro dignitate aestimat, nec impendentibus gratis est. Tertio, sicut Mercurius vivus fuit inventor et praeses artium sapientiae et eloquentiae, ac proinde honore dignus; statuam vero Mercurii, utpote lapidea et inanimis, nec fieri, nec sapere poterat, ideoque culti et honore erari indigna: sic pariter sapiens quasi vivus Mercurius honorem meretur, insipienti vero quasi fictus pictusque Mercurius, qui in sapiente est, loquendo est infans, honoris est incapax. Hinc praesi olim statuam Mercurii manibus pedibusque maneam truncamque efformabant, imo deformabant, quae homines stultos, bardos, insulos et insipientes, saxeos ligneosque Mercurios vocabantur; unde illud Juvenalis in quemdam stolidum, *Satyra 8*:*

At ita  
Nil nisi Caeopides, truncoque simillimis Heram.  
Nullo quippe alio vitio discrimine, quam quod  
illi marmorum caput est, tua vitis imago.



Secundo, R. Levi, q. d. Magnus, id est princeps, qui in iurgis dissensionisque versatur, omnes dolore afficit (hoc enim proprie est *mecholel*), affligit et perdit: idem vero stultus nefarioque premiis cumulat, ut eos sibi seculo in socios adjungat. Idem alias explanationes adprægit, æque ac Aben-Ezra, B. Moses, T. Salomon et Baynus, sed peregrinas et longe petitas.

Tertio, figurina veritas, egregius a. uis ac magnus vir conficit per se omnia: stultus autem me cede conducit transgressores alii s, magister exacte facit omnia; at conducens merces, multum conducit etiam transgressores, vel transgressores.

Quarto, planius et commodius Vatablus veritatem, princeps coeret omnes, et dat præmium stulto, et dat præmium transgressori, id est dat singulis quod æseruerit; qualis princeps, tales et subditi. Transgressores vocat nebulones, negligentes, ignavos. Ubi nota: Princeps hebraice vocatur רב rab, id est magnus, vel proprie multus et multiplex, quia unus ipse est instar multorum; multorum enim, imo omnium subditorum curam gerere, ac negotia et commoda procurare debet: quare valde magno et capaci ingenio, æque ac animo sit oportet, ut omnia vestigare, nosse, dirigere valeat. Talis fuit Ulysses, quem proinde Homerus vocat πολύτροπος, id est multiformem, multivarium. multiplicem, quia versatili erat ingenio, atque nove rat se in varias formas, modos et figuras vertere, ut omnibus personis, locis et temporibus se accommodaret. Sic Carolus V cum Italis erat Italus, cum Hispanis Hispanus, cum Belgis Belga, cum Germanis Germanus.

Hinc rursum princeps et dux hebraice vocatur אלף allaph, id est millenarius, quod non unus et simplex, sed multiplex et quasi millenus esse debet. Unde Plato in dialogo De Regno: « Custos sapiens, inquit, et boni universalis studiosus, unus est pro multis. »

Verum Noster aliis punctis legit Hebræa, ideoque aliter veritatem, nec id mirum, cum idem fecerint Septuaginta, Chaldaeus, Syrus, Theodotion et Symmachus, qui Nostro sullragantur. Igitur Noster primo, pro רב rab, id est magnus, legit רוב rob, id est iudicium. Secundo, mecholel proprie significat parturire, formare, perficere, compingere. Unde Noster veritatem, iudicium format, id est determinat, et determinando ad formam veritatis iustitiamque redigit omnia controversa, puta omnes causas et lites. Tertio, pro socher, id est mercede conducti, legit socher socher, id est confringit, q. d. Confringit stultum, id est stulti dicitur, ac rixas et rixas, quas ipse suscitavit; quod idem est cum eo quod veritatem Noster, qui imponit stultum, ipse mitigat. Aut potius socher per se, accipit pro socher per samech; sicut enim et samech ejusdem prorsus soni sunt, ideoque inter se commutantur; socher autem per samech idem est quod dicitur et obtinens, scilicet os stulti, illicque silentium imponent. Quarto, pro oberim, id est

transgressores, legit עברו abarot. id est sira aut certe ab abarot, id est iras, derivans oberim veritatem iratos, quorum iras mitigat; qui stulto silentium indicit. Sic quoque legit Symmachus, qui veritatem, qui cavet imprudentem, obstruit iras ejus; et Theodotion, frenans impetum, frenat iras.

Sensus est, q. d. Sicut iudex causas litesque decidendo, imponit eis finem et silentium: sic pariter sapiens iras rixasque quas stultus sua stulta dicitate suscitavit, componit et mitigat, vel ex parte, vel ex toto, dum stulto os claudit indicitque silentium, q. d. Sicut iudicium iudicium libitibus, sic silentium stulto a sapiente inditum, finem iras et rixis imponit. Rursum, sicut iudex determinat causam adjudicando eam iuste ligitanti, et abjudicando eam silentiumque imponendo injuste litiganti: sic pariter sapiens mitigat tollitque rixas et iras, dum stulto injuste et imprudenter eas suscitanti obstitit, et silentium imperat. Hac enim ratione eos qui a stulto injuste ridentur, vexantur, ideoque irascuntur et litigant, defendit, eosque innocentes declarat, quod fit ut ipsi iras litesque deponant, atque in causa victores. Inaut ergo hinc gnomo lites et iurgia pleaque oriri ex stultorum, id est impiorum, imprudenter et dicitate; quare illi obstitendum et silentium indicendum a iudice vel superiore; quod si fiat, illico lites cessantur, et pacem omnibus fore reddendam. Hinc iudex, inquit S. Isidorus, lib. XVIII Origin. rap. xv, dicitus quasi iudex dicens populo. sive quod iure d'cepset. Iure autem d'cepere est iuste iudicare; non est autem iudex si non est in eo iustitia. Accusator vocatur quasi d'causator, quia ad causam vocat eum quem appellat. Reus a re que petitur nuncupatus, quia, quamvis sceleris conscius non sit reus, tamen dicitur, quamdiu in iudicio pro re aliqua petitur. » Et paulo ante: « Iurgium dicitur quasi juris garrium, eo quod qui causam dicunt, iure d'cepent. Lis a contentione limitis nomen sumpsit: de quo Virgilius: Limes erat positus, litem ut discerneret agri. » Et antea: « Forum, excedendum litem locus, a fando dicitur, quasi farum a fari. » Causa vocatur a casu, quo evenit. Est enim materia et origo negotii, necdum discussione et examine patefacta, que dum proponitur, causa est; dum discutitur, iudicium est, quasi juris dicitio, et iustitia, quasi juris status. »

Septuaginta vertunt, multis procellis iactantur (Complutenses, multum autem concupiscentibus a passionibus) caro imprudentium; conteritur enim exstasis (Complutenses, stupor) eorum; vel, ut Auctor Catena Græcorum, stipulam insana mentis que alienatio consumit illos, q. d. Siquidem in illa mentis iudicium tollit: anima enim per multam increpata et impingua, sensum sibi iudiciumque sincerum eripit, ut velut exstatis et mente emotata ex extrase posita, insanire videatur; quare multum fluctuat graviterque quassatur, dum in

varias triens, rixas, peccata et pericula imprudenter ex perversitate ultra se ingerit et injicit. Ita Auctor Catena Græcorum.

Alter noster Salazar, qui hanc gnomen Septuaginta accipit de ira, que summa est animi omnibus tempestas, q. d. Quemadmodum navis fluctans in mari, amisso gubernaculo, ad pulpum illa dehisceat ac mergitur: sic etiam he no iratus abjecto consilio, ac mente emotus, ad damna pleaque et incommoda, tanquam in scopulos aut Syrtis impingit. Itaque illud conteritur exstasis eorum, perinde est ac si dicat: Ipsi pro exstasi et stupore conteruntur.

Chaldaeus veritatem, multum dolet caro stulti, et ebrius transit mare; Syrus, multum patitur caro stulti. Idem utriusque est sensus, quia Septuaginta uterque sequitur, quasi dicant: Stultus multa patitur, quia instar ebrii navigantis in mari, qui cum undis et fluctibus imperite contendit, se mari discordiarum, litium et tumultuum huius seculi inserit et immergit, ac ubique cum quibuslibet disputat, contendit et rixatur. Nam, ut ait Nazianzenus in citato lambico De Ira:

O ira, fervor, demonis domus horridi, Manifesta vultus macula, turbo mentium, Crapula et assio, tartari ad lacus ferens, Horrenda legio, multiplex labes mali.

Et S. Chrysostomus, homil. 29 ad Populum: « Ebrietas quedam est ira, imo vero difficilior ebrietas, et demone miserabilior. » Idem, homil. 47 in Ioan: « Inter iram et insaniam nihil interest, sed brevis quidam demon est, imo quem qui demone vexatur gravior; ille enim venia dignus est; iratus nulla, sed supplicis innumeris; sponte sua in profundum perditionis defertur, et etiam ante futuram gehennam penas dat. »

Idipsum claris parallelis demonstrat Seneca, lib. I De Ira: « Ut furentium, ait, certa indicia sunt, auctus et minax vultus, tristes frons, torva facies, citatus gradus, inquietæ manus, color verus, crebra et vehementius acta suspiria: ita irascentium eadem signa sunt. Flagrant et micant oculi, multus in ore toto rubor, astuante ab imis præcordiis sanguine, labia quantuntur, dentes comprimentur, horrent ac subriguntur capilli, spiritus coactus ac stridens, articulorum seipsos torquentium sonus, gemitus mugitusque, et perum expulsi vocibus ac stridens sermo pruruptus, et complose sepius manus, et pulsata humus pedibus, et totum concitum corpus, magnasque ire minas agens, foeda visu et horrenda facies depravata sunt atque intumescunt. »

Quæres, unde ista varietas versionum? quid cause ut ab Hebræo ita dissonent Septuaginta, Chaldaeus et Noster? Respondetur: Causa est varietas codicum Hebræorum. Septuaginta enim in suis codicibus Hebræis pro socher, socher, quod priori loco ponitur pro כ legentes ei affinem,

per metathesin legerunt socher, id est caro; posteriori vero loco pro socher socher legerunt socher socher, id est conteritur, confringitur. Denique pro oberim oberim legerunt ebram, id est exstasis, hoc est exstasis eorum; vel quæsi amixstasis, ut cum extra se rapiat, ut homo non in sua ratione, sed extra se in furore et furis positus videatur. Pro socher, unus codex habet socher, id est extensio. Chaldaeus vero similiter priori loco pro socher legit socher, id est caro; posteriore vero loco pro socher per se legit siciter per se, id est exstasis; ac pro oberim oberim per dicitur in aliis punctis legit oberim, id est transiens mare.

Quare non mirum Nostrum quoque aliter legisse, uti superius ostendi. Hinc disce quanta olim codice Hebræorum fuerit varietas, ac proinde potius fidendum et credendum Vulgatæ Latine, quæ in omnibus exemplariis eadem est, sibi que constat, quamque probavit tota Bæclesia et unanims duodecim seculorum consensus.

11. SICUT CANIS QUI REVERTITUR AD VOMITUM, SIC IMPRUDENS, QUI ITERAT (SYRUS, contemnat) STULTITIAM SUAM. — Septuaginta: Sicut canis ad vomitum suum regressus fit exosus et exsecrabilis, ita stultus quoque qui per inmatam malitiam ad suum redit peccatum. Ita Auctor Catena Græcæ, Aquila et Symmachus, sic demens iterans in stultitia sua, id est iterans stultitiam suam. Hoc enim significat hic hebraismus.

Iterans stultitiam, id est imprudentiam et peccatum, fæditas hic significatur tripliciter: primo, quod comparetur cani, qui est animal vile, immundum et impudens; secundo, quod comparetur vomitui sive cani vomenti, quem omnes abominantur; tertio, quod comparetur cani vomitum resorbenti, quod nihil est detestabilius. Citat hanc gnomen S. Petrus, epist. II, cap. vi, vers. ult., ubi multis eam expliciit.

Denique canis cum stomacho cibo, vel potius vermibus oneratum stetit, vomitum procurat, mandando herbam, que a cane canaria dicitur, de qua Plinius, lib. XXV, cap. vii: « Invenitur, ait, canes canariam, qua fastidium deducunt, eamque in nostro conspectu mandant, sed ita ut nunquam intelligatur que sit; etenim depasta cernitur. » Redunt vero ad vomitum resorbent non ex fame, sed ex innata ingluvie et voracitate, que tanta est ut rem foedissimam, qualis est vomitum, appetant. Sic peccator, dum conscientia compungitur sentitque peccati onus et pondus, illud per penitentiam evomit: quod si illud jam evomitum repetat, id facit non ex cupiditate, sed ex malitia, ut vertunt Septuaginta, Chaldaeus et Noster? Respondetur: Causa est varietas codicum Hebræorum. Septuaginta enim in suis codicibus Hebræis pro socher, socher, quod priori loco ponitur pro כ legentes ei affinem,